



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Patrocinium Defunctorvm

Hautin, Jacques
Leodii, M.DC.LXV.

Protestatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79679](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79679)

PROTESTATIO.

CVM S. D. N. VRBANUS Papa VIII. decretum ediderit die 13. Martii Anno 1625. idemque confirmarit die 5. Iulii Anno 1634. quo inhibuit imprimi libros, *hominum qui Sanctitatis seu Martyrii famâ celebres è vitâ migraverint, gesta, miracula, vel revelationes, seu quacumque beneficia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione & approbatione Ordinarii, & qua hæctenus sine ea impressa sunt nullo modo vult censeri approbata: atque idem Sanctissimus die quintâ Iunii Anno 1631. ita explicuerit, ut nimirum non admittantur elogia Sancti, vel Beati absolutè & qua cadunt supra personam: benè tamen ea qua cadunt supra mores & opinionem, cum protestatione in principio, quod iis nulla adsit authoritas, ab Ecclesiâ Romanâ; sed Fides tantum sit penes authorem.* Huic decreto ejusque confirmationi, & declarationi observantiâ ac reverentiâ, quâ par est, insistendo, profiteor me haud alio sensu quidquid in hoc opere scripsi, accipere, & accipi ab ullo velle, quàm quo ea solent, quæ humanâ dumtaxat authoritate, non autem divinâ Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut S. Sedis Apostolicæ nituntur: iis tantummodo exceptis, quos eadem S. Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum catalogo ascripsit.

BENEVO-